



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

LXXII. Bürger in Salzwedel verkaufen dem Kloster Arendsee Hebungen in  
Neulingen, am 6. September 1337.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

LXXII. Bürger in Saltwedel verfaufen dem Kloster Arendsee Gebungen in Neulingen, am 6. September 1337.

In nomine domini Amen. Nos Johannes, Petrus fratres, filii Johannis hardewici Bone memorie, Conburgenses in Soltwedel, Ac ego Elyzabeth, Conthoralis iam dicti petri, prefencium in hac serie litterarum publice volumus esse notum Cristi fidelibus vniuersis, Quod honorabili viro domino Johanni, preposito Sanctimonialium in Arneffe, et domine Margarete priorisse Totique Conuentui ibidem vendidimus rite Resignando recte litteras per presentes Tres choros filiginis annue pensionis in villa Neylinghe sitos et perpetue possidendos, Videlicet in Curia hennikens laurencii XVIII modios filiginis, In Curia hermanni dicti Alborch XVIII modios filiginis, In curia Amelii XVIII modios filiginis et in Curia hencekens XVIII modios filiginis, Nobis vero nichil reseruantes in eisdem aut possidentes in bonis memoratis. Vt Autem huius nostre vendicionis et Resignacionis rationabiliter facte Jugis et perpetua permaneat memoria et permanencia inoblita, hanc fecimus et iussimus inde conscribi et nostris appensis Sigillis firmiter et lucide Roborari paginam videlicet presentem. Testes eciam eius sunt Nycolaus dictus Spolhouel, Burgenfis in Gardeleue, Thidericus Bollic cognominatus, Bethekinus de Chüdeme, Johannes de Mechowe et Plurimi alii fide digni. Datum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXVII<sup>o</sup>., Sabbato ante festum natiuitatis Beate Marie virginis dei genitricis gloriose. Per manum mathei, Ciuis in Soltwedele.

LXXIII. Priester Johann von Heiligenfelde macht dem Kloster Arendsee eine Schenkung mit Gebungen aus Piefen, am 12. September 1337.

In nomine domini Amen. Ego Johannes, Sacerdos, dictus de hilghenuelda, recongnosco in hiis scriptis, quod comparauimus alterum dimidium chorum Siliginis pro duodecim marcis argenti stendalgenfis persolutis a thiderico vrleue, eius in Saltwedele, ex Curia ipsius in villa lyften quolibet anno in festo beati Martini percipiendum, hanc filiginem donauimus pro remedio et salute anime mee et animarum parentum meorum et omnium meorum amicorum Sanctimonialibus in Arnse specialiter intra muros claustrum ad consolacionem. Porro si prepositus dicti Claustrum arnse huiusmodi alterum dimidium chorum Siliginis sanctimonialibus antedictis presumeret alienare et sibi vsurpare, quod abfit, tunc Consules antique ciuitatis Saltwedel debebunt dictam filiginem ex parte predictarum sanctimonialium expignorare, Ita quod debet, non obstante aliqua causa, perpetua elemosina ad consolacionem predictarum dominarum intra muros claustrum permanere. Et ego prefatus Johannes de hilghenuelda rogauimus dominum Johannem tunc temporis prepositum in Arnse et Consules antique ciuitatis saltwedel Sigilla eorum cum sigillo Conuentus arnse presentibus appendi in testimonium premissorum. Nos vero Johannes prepositus in arnse, Consules antique Ciuitatis saltwedel rogati a predicto domino Johanne de hilghenuelda nostra